UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Ex delict. defun. &c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

tori.C.de pac.vbi dicit quod non poteſt heres conſequi debitum
ſibi antequā adeat hereditatem.Sequitur Alex.ibi.⁊ Iaſo.licet
Pau.de ca.ibi in ſine aliter referat.Bal.in l.fi.§.in computatione.
ver.ex hoc ſequitur.C.de iure deli.qui aliter loquitur.

ALIA LECTVRA.

1 Petens debitum quando videatur renunciare petitioni hereditatis.
2 Actus factus contrarius protestationi quando tollat proteſtationem.
3 Donec petitio hereditatis terminetur,non poteſt alter ex litigantibus petere debitum.

VT debitum. Petitio hereditatis ſub proteſtatione alterius actionis preiu-
1 dicialis ad illam non admittitur.❡Querit gl.vtrū†petē
do debitum videatur renunciare petitioni hereditatis. Et dic,qđ
non,quando expreſſe reſeruat ſibi petitionē hereditatis. Si ergo
nō reſeruaret,videretur hereditatem repudiare.Quod probo ſic.
Actus,qui non poteſt geri citra ius ⁊ nomen heredis,inducit adi
tionem,vt l.pro herede.§.Papinianus.ff.de acqui.here.ita actio,
que non pōt geri abſq; repudiatione,ergo,⁊c.❡Cōtra hoc opp.
2 factus proteſtationi contrarius[a] tollit proteſtationem, extra de
app.ſolicitudinem.ſed petere debitū contrariatur illi proteſtatio-
ni,per quam reſeruat ſibi peti.here,ergo illa proteſtatio videt̄ nul
la,⁊ per conſequens videtur renunciatum petitioni hereditatis.
Sol.quando id,quod proteſtatur,eſt preiudiciale ad id,quod pe-
titur,intantum qđ ei eſt preferendum ratione maioritatis,⁊ tunc
proteſtatio annullat actum magis quam actus proteſtationē, vt
hic.Si vero eſſent inuicem preiudiciales paris potentie,procedit
3 contrarium.tene menti.❡No.qđ donec†petitio hereditatis ter-
minetur,alter ex litigantibus non poteſt petere ſibi debitum.

ADDITIO.

a ❡Contrarius.De hoc quādo actus cōtrarius proteſtationi tol
lat proteſtationem.vide aliquid per Bal.in ſuo trac.ſciſma.quem
ponit ſuper rub.j̄.ſi quis ali.teſta.proh.⁊ per Alex.de Imo.in l.iu
riſgentium.§.quod fere.ff.de pac.per Imo.⁊ ibi late per do.Fede.
in c.cum M.Ferrarienſis.extra de conſtit.

LEX VI.

SI adulta. Contra coheredes poteſt quis agere pro hereditaria portione, ⁊ ſi non ſit ſoluendo,poteſt impetrari ſeparatio.

ALIA LECTVRA.

SI adulta. Si creditor debitori ſuccedit,pro hereditaria parte actio extinguitur,pro reſiduo coheredes poſſunt conueniri,⁊ ſic bonorum ſeparatio poterit impetrari.h.d.Vel ſic,poteſt quis agere contra coheredes pro hereditaria portione,⁊ ſi non ſunt ſoluendo, poteſt ſeparatio bonorum impetrari.h.d.Ad euidentiam premitte quod dicit gl.de ſeparatione bonorum.Bar.

LEX VII.

CReditores. Legatarij non poſſunt a creditoribus conueniri.h.d.Vel ſic. Creditores debent conuenire heredes,nō legatarios. Vides ergo quod legatarij non dicūtur creditores hereditarij.Quod eſt verum,quando eſt controuerſia inter creditores,vt dicit gl.in caſibus tamen datur actio contra legatarios,vt j̄.de iur.delib.l.ſcimus.§.licentia.el j.

Ex delictis defunctorum in quantum hæredes
conueniantur. Rub.XVII.

LEX VNICA.

1 Actio deſcendens ex defuncto quando detur contra heredes, ⁊ nu.6.⁊ nu.9.⁊ ſeq.
5 Actio de calumniatoribus datur ad quadruplum eius quod recipit,non quod eſt damnificatus.
8 Quando pena imponitur ipſo iure,non eſt neceſſaria litis conteſtatio.
11 Heredes de iure canonico an teneātur pro delicto defuncti vltra id quod ad eos peruenit.
12 Heredes vſurariorum an teneantur ad reſtitutionem vſurarum.
13 Heredes defuncti quando teneantur actionibus prouenientibus ex contractu defuncti.

a **POſt litis.** [a]Hec lex ſummat ſeipſam ⁊
totam materiam.Breuiter
dicit.Actiones deſcendētes ex delicto poſt lit.
conteſt.dantur contra heredes inſolidū, alias
in quantum ad eos peruenit.h.d.❡ Op.videt̄
1 †qđ iſte actiones non dātur contra heredes,vt
ff.vi bo.rap.l.ij.§.fi. Sol.Dicit gl.ꝙ hec regula
fallit hic in caſibus qui hic ponuntur in gl.Breuiter circa hoc dic
2 vt dixi tibi plene in l.j.ff.de priua.deli.❡Opp.ſecundo†quod etiā
poſt lit.cont.non detur cōtra heredes regulariter, vt l.ex iudicio-
rū.ff.de accu.Sol.Hic loquitur in actionibus ciuilibus deſcenden
tibus ex delicto,leges contrarie loquuntur in actionibus crimina
libus que an dentur cōtra heredes,ſiue deſcendant ex legibus pu-
blicorum iudicior.ſiue ex legibus priuator.iudicior dic vt ibi ple
ne dixi vobis,⁊ gl.hic tangit in fi. ❡Opp.iij.de l.ex contractibus.
⁊ l.ex depoſiti.ff.de act.⁊ obl.⁊ l.ſi hominem.§.datur.ff.depo.Dicit
gl.ꝙ regula iſtius legis habet locū quando delictum committitur
extra contractū,ſed qñ committitur in cōtractu,regulariter datur
contra heredes,ſicut cōtra defunctū. Fallit tamē in caſibus quos
3 gl.hic ponit.Breuiter†quādo dolus cōmiſſus in contractu purga
tur.per actionem deſcendentem ex contractu,datur contra here-
dem ſicut contra defunctū non diſtincto an lis ſit conteſt. vel non,
peruenit,vel non, vt in legibus alleg.contra.ſ.Sed quando dolus
commiſſus circa contractum,non purgatur per actionem deſcen-
dentem ex contractu, tunc non datur contra heredes inſolidū niſi
ſit lis conteſt.vel quatenus ad eos peruenit,vt in caſibus in quib.
gl.d.fallit,⁊ vide gloſſ.ibi,ſi autem ſit ex contractu,vel quaſi,⁊c.Si
eos bene aduertas,quandoq; dolus committitur in quaſi contra
ctu,tunc quid iuris ſit,habuiſtis in l.curatoris.ſ.de nego.geſt.j̄.de
in li.iur.per totum hic dicitur qualiter hec actio detur contra he-
redes. Sed quero, vtrum actiones ex delicto dentur heredibus.
Hic glo.in prin.examinat.Tu dic vt dixi in d.l.j.ff.de priua.deli.⁊c.

ADDITIONES.

a ALEX.❡Poſt litis.Hanc legem hic not.limitat in quantum di-
cit quod actio ex delicto non tranſit in heredem niſi in quātum ad
eum peruenit,tamen ſi res ex delicto queſita ſit per delinquentem
conſumpta, adeo ꝙ ex illa conſumptione ſeruata eſt alia res que
delicto non commiſſo conſumpta fuiſſet,pro illa re heres cōueniri
poterit.alle.tex.no.in l.ſi ipſa.ꝙ me.cau.tene menti. Itē limita ⁊ in
tellige hāc legem prout.no.in l.iij.§.ꝙ autem.ff. ꝙ quiſq; iu.⁊ ꝙ ibi
late. Item limita,⁊ intellige,niſi per preſentes. etiam lit.cont.rece-
deretur ab inſtantia vt etiam voluit Bar.per illum tex.in l.cū mo-
ta.ſ.de tranſact.Et ad hanc l.vide Spec.⁊ Io.And.in titu.de ac-
cuſ.§.j.ver.quid ſit latro.⁊ hic Bald.⁊ hec lex etiā facit de iure ca-
nonico,vt hic per Bal.ad ꝙ adduco ꝙ no.voluit d.Ant.in c.ſi di-
ligenti.de preſcriptio.❡Poſt litis.Iſta diſtinctio vtrū ſit lis con-
teſtata vel non,⁊ vtrum aliquid peruenerit ad heredes vel ne, non
procedit de iure canonico,q2 heres indiſtincte tenetur.vide Iaſ.in
l.ſi eum.§.qui iniuriarum.in iij.notabili.ff.ſi quis cautionibus.Vi-
de Bart.in tract.differ.Barb.in trac.de Tabel.in iiij.parte.Itē ꝙ
confeſſio faciat actionem de delicto tranſire ad heredes, vide in di
cto tractatu in iiij.parte,viij.partis principalis.Item de iſta regu-
la,⁊ duabus limitationibus vide Iaſ.poſt alios in l.iij.§.ꝙ autem
ait.ff.quod quiſque iuris.Vide ea que habes ad Bar.in l.fin.C.de
reuo.don.Vide etiam magiſtraliter Barto.in l.j.ff.de priua.delic.
Vide,⁊ declara,vt per Iaſ.in l.ſi cum.§. qui iniuriarum.in iij.⁊ iiij.
notabil.⁊ etiam in vltimo notab.ff.ſi quis cautio.❡Itē quomodo
plena tranſeat cōtra heredes, quando delinquens erat cōuictus,
vel confeſſus,vide Aret.in l.qui a latronibus.§.j.de teſt.Et ibi etiā
de effectu conſeruationis bonorum, item circa illud quod dictum
eſt ꝙ de iure heres teneatur vltra vires hereditarias, vide Aret.in
rubr.ff.de acquiren.hered.in l.furti.C.de furt.

ALIA LECTVRA.

a **POſt litis.** [a]Actiones deſcendētes ex delictis
dantur contra heredes inſolidum
poſt lit. conteſt. alias inquantum ad eos peruenit.h.d.
Gl.in fi.eſt multum plena,⁊ ideo pro eius declaratione
eam diuido in quatuor partes,quas recitabo per quatuor queſtio
4 nes,⁊ aliqua dicam vltra. ❡Et primo†an actiones deſcendentes
ex delicto dentur hered.Breuiter dic clarius quam gl.Aut actio-
nes competebāt defuncto,vt cuilibet de populo,aut iure proprio.
Primo caſu nō tranſeūt,niſi lit.cōt.vt l.ſi cui.ff.de verb.ſig.Secun-
do caſu,ſi quidē cōpetunt ad vindictā,non tranſeunt ad heredes,
niſi lite cont.vt l.iniuriā.ff.de iniur.l.cū emācipati.§. emancipatus.
ff.de colla.bo.de in ius voc.l.pe.Aut proſequitur rē familiarē ⁊ tūc
regula eſt,ꝙ competit heredi.Fallit in actione in factum de calum
nia,vt l.hec actio.ff.de calum.ſecūdum vnam lect. Sed poſſumus
5 dicere†ꝙ illa actio competebat ad vindictam, datur enim in qua-
druplum eius, ꝙ quis recepit,non ad quadruplū eius, ꝙ quis eſt
damnificatus,vt l.j.in prin.e.ti.❡Sed quero, ⁊ aſſumo gl.ibi econ
6 tra,vtrum†actiones dentur contra heredes,Dicit gl.regula eſt ꝙ
ſic,quatenus ad eos peruenit,nō vltra,Fallit in actione vi bo.rap.
Item in interdicto vnde vi,vt ff.vi bono.rapt.l.ij.in fi.⁊ ff.de vi ⁊ vi
arma l.j.in fi.Certe puto quod ille leges faciant regulam pro ſe, ꝙ
vbicunq; actio pretoria denominat̄ ab ipſo delicto , vt vnde vi.bo.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rap.⁊ ſimi.talis non datur contra heredem,ſed datur in factū loco
ipſius pro alia,ſi qua competit,per rationem poſitā in dictis le-
gib. Item fallit,dicit gl.in cōdictione furtiua, vt l.ſi pro fure.ff.de
cōd.fur. Sed iſta non eſt ex delicto,ſed ex variis ſignis cauſarum.
7 Dñi.iſtud eſt verum dictuz,ratio eſt falſa:nam † condictio furtiua
eſt ex delicto,vt ff.re.amo.l.ſi mulier.§.pe.⁊ ff.de compē.l.ſi ambo.
⁊ per Gul.quem recitat do. Bartolucius in d.l.ſi pro fure. Eſt er-
go ratio frequētia huius delicti,propter quam conſtitutū eſt here
dem teneri inſolidū. Item fallit,dicit gl.ff.quod quiſq; iur.l.iij.§.q
autem.ratio,q: priuilegiū tranſit ad heredes,ergo ⁊ pena. Ita di-
8 cit gl. Tu dic,⁊ melius,ibi † loquitur in pena a iure impoſita ipſo
iure,vnde non eſt ibi neceſſaria litis conteſt.cum ipſa lex ibi faciat
executionem. Simile eſt in l.commiſſa.ff.de public. Et pro hoc ſol
uo vnum contrarium de l.Caius.ff.ad Syllania.vbi etiam lite nō
conteſtata conuenitur heres inſolidum. Nam dicunt quidam, qd
ibi loquitur in delicto commiſſo in non faciendo,quod nihil eſt di
cere. Dic ergo quod ibi erat facta executio ipſo iure. Naz propter
inultam mortem defuncti ipſo iure priuabitur heres hereditate.
Quod apparet,quia conuenitur hereditatis petitione, non autē
accuſatur,vt priuetur hereditate,vt not.in l.j.j.de his qui.vt indi.
ff.ad Syllan.l.in cognitione. Item fallit ſi lis eſt conteſtata, iſtud
9 eſt verum. ¶ Sed iuxta hoc quero, † quid ſi eſt confeſſus,⁊ vt au-
geam dubium,pono eum confeſſum in cauſa criminali,vtrum da-
b bitur actio contra heredes? Specu.dicit quod ſic[b] in titu.de accu
ſa.§.j.verſic.quid ſi latro.dixi in l.j.ff.de priua.deli. ¶ Item fallit,di
cit glo.in l.ij.ff.ad legem Iuliam repetun.quod eſt verum ſecundū
vnam lectu.ſecundum aliam non fallit,ſed eſt aliud ſpeciale. Dic
ergo breuiter aut ex maleficio imponitur pena ipſo iure,⁊ tranſit
contra heredes. Aut venit imponenda ab homine,⁊ tunc aut lis
eſt conteſtata contra defunctum,⁊ datur inſolidum contra here-
des,vt hic. Fallit in caſu l.ij.ff.ad legem Iuliam repet.ſecundum
vnam lectu. Aut lis non eſt conteſtata,⁊ datur contra heredem,in
quantum ad eum peruenit regulariter,vt hic. Fallit in condictio-
ne furtiua, que datur inſolidum contra furem.d.l.ſi pro fure. In
vno tamen eſt differentia, quod quando datur contra heredem
in eo qd peruenit,ſi eſt actio ciuilis,datur eadem,ſi pretoria tunc
aut denominatur a delicto ⁊ tunc non datur eadem. ¶ Quero
10 † vtrum detur actio in ſucceſſorem ex delicto vnius prelati? Dic
11 vt per Innoc.in c.cum dilectus extra de ord.cog. ¶ † Quero,vtrū
hoc ſit verum de iure Canonico,quod heredes non teneantur,ni
ſi inquantum ad eos peruenit? Videtur quod ſic,cum idem ſit de
iure naturali,ſecundum gloſſ.in l.j.ff.de priua. deli. In contrarium
videtur caſus in c.j.de rapt.ſed ibi loquitur in actione,que non eſt
penalis ex vtraq; parte,ſecus puto in actionibus ex vtraq; parte
12 penalibus, vt d.l.j.de priu.deli. ¶ † Quero vtrum de iure ciuili he-
redes vſurariorum poſſint compelli ad reſtitutionem vſurarum?
Videtur quod non,niſi inquantum ad eos peruenit, in contrariū
eſt veritas. Nam vſurarij tenentur ad reſtituenduz vſuras,non ex
delicto,ſed ex condictione indebiti,que eſt ex quaſi contractu, vt
ff.de condi.indebi.l.ſi non ſortem.in prin.⁊ per Inn.in c. Michael.
extra de vſu. Predicta vera in actionibus deſcendentibus ex deli-
cto. Quid in actione deſcendente ex quaſi delicto? Gl.hic in prin.
videtur dicere idem. Pro hoc habemus l.ſi filius.in fin.cum l.ſe-
quent.ff.de tute.⁊ ratio. ¶ Venio ad tertiam partem glo.⁊ que-
13 ro, † quid de actionibus deſcendentibus ex contractu? Dicit gloſ.
iſte regulariter dantur contra heredes,fallit in caſibus. Tu dic,⁊
examina bene totam gloſſ. Si quidem actio oritur ex contractu,
non eſt dubium quod datur heredibus,⁊ cōtra heredes,vt ſupra
titul.j.per totum titu.de acquiren.hered. Si vero datur ex cōtra-
ctu propter delictum,tunc aut purgatur dolus per actionem de-
ſcendentem ex eo contractu,⁊ datur contra heredes , ſiue ſit con-
tractus bone fidei,vt l.ex depoſiti.⁊ l.ex contractibus.ff.de actio.
⁊ obligation.⁊ l.ſi hominem.§.datur.ff.depoſi.⁊ ff.communi diui.l.
item quamuis.⁊ ibi not.ſiue ſit ſtricti iuris,vt l.ex ea parte.§.fin.ff.
de verborum obliga. Aut non purgatur per actionem deſcenden
tem ex contractu,⁊ non datur contra heredes niſi inquantum ad
eos peruenit. Et ita loquuntur omnes ll.in quibus gloſſ.dicit,fal
lit.nam in §.aliquando. Inſti.de perpe.⁊ temp.actio.dolus ibi de-
14 dit cauſam contractui,vnde eſt ipſo iure nullus † vnde ex eo non
poteſt oriri actio. In caſu.l.iij.§.penulti.⁊ fin.ff.ſi men.fal.mo.dixe.
non oritur actio ex contractu.ſed ex delicto.⁊ in l.illud.§.fin.ff.de
trib.quia ibi tenetur dominus propter dolum commiſſum,in ma-
le diſtribuendo,ſimiliter fallit in l.fina.ff.de edendo.⁊ ff.de preca.l.
queſitum.§.fin.de quo dic vt in §.datur.dicta l.ſi hominem.ff.de-
po. Item fallit in l.ſi eum.§.qui iniuriaruz.ff.ſi quis cau.⁊ dicit ve-
rum.quia ibi actio ſubrogatur in locum actionis deſcendentis ex
15 delicto. ¶ Quero, † quid in actionibus ex quaſi contractu? Gloſ.
in princip.videtur dicere idem,cum equiparet cōtractus vel qua-
ſi,quod non eſt verum,ſed eſt dicendum,quod aut delictum pur-
gatur per actionem deſcendentem ex quaſi contractu neceſſario,
⁊ tunc non eſt verum,vt in tit.de here.tu.⁊ de in litem iuran.per to
tum. Aut oritur ex quaſi contractu inito voluntarie, ⁊ tunc datur
in totum ſecundum veram opi.vt l.curatoris.§.de neg.geſt.⁊ d.l.
16 §.hec autem actio. ¶ Quero, † an actio ex contractu detur here-
dibus? Glo.dicit quod regulariter,ſic fallit in l.j.§. videamus.ſ.de
rei vxor.act.⁊ de oper.li.l.ſi operarum. Ratio in primo eſt ius con-
ſolidationis,que competit filie. Ratio in ſecundo eſt,quia illud,
quod competebat actio,eſt mere perſonale,⁊ idem vbicunque hoc
contigerit. ¶ Venio ad vltimam partem gl.quero, nūquid actio-
17 nes criminales tranſeant † ad heredes vel contra heredes, Glo.di
cit quod non regulariter,fallit in quinque caſibus,in l.ex iudicio-
rum.ff. de accuſ. Predicta vera, ſiue reus decedat ante litem con
teſtatam,ſiue poſt. Sed ſi decedat poſt ſententiam, tamen appel
latione ſuſpenſa,diſtingue vt in l.fi.j.ſi reus vel accuſa. mor.fue.⁊ l.
j.ff.ſi penden.appel.mors interue.

ADDITIONES.

a ¶ Poſt litis. Ad materiam huius legis vide tu eundem Bart.⁊
ibi Alex.in apoſtil.in l.j.ff.de priua.deli.
b ¶ Quod ſic Adde eundem Spe.in tit.de interro.in iudi.fa.§.nunc
de interrogatorijs.verſi.quid ſi is.⁊ adde que not.in c.in literis de
rapt.⁊ ibi vide do. Abb.⁊ eundem in c.fi.de ſepul.⁊ ibi quando he
res teneatur ex delicto defuncti de quo etiam vide per Pe.de
Anch.in conſi.ccccxiij.⁊ adde Io.Fab.hic quod vbi eſſet in
penitentia,ſemper heres tenetur,⁊ idem Inno.⁊ ibi Abb.in c.fi.
de ſepult.⁊ ſic facit ſecundum Io.Fabr.hic,quod heres non tene-
tur ad emendas no taxatas,licet defunctus gagiauerit. Et etiam
adde quod vbi pro delicto eſſet imponenda pena,partim pecunia-
ria, partim corporalis, quod pecuniaria non extinguitur morte
defuncto.ff.de pub.iud. Ita Ioā.Fab.hic alle.no. in §.non autem.
inſtit.de perpet.⁊ tempo.actio.

De conſtituta pecunia. Rubr. XVIII.

LEX I.

1 ☞ Actio de conſtituta pecunia vt detur, non requiritur quod
debitum precedat,quando quis conſtituit ſe ſoluturum per ſtipu-
lationem.
2 Ex pacto nudo oritur actio,quando quis pacto ſe conſtituit ſolu-
turum debitum a ſe, vel ab alio.

Si pro alieno. Actio de conſtituta pe-
cunia eſt perpetua,tran-
ſitoria ad heredes.⁊ contra heredes,h.d. ¶ Adu-
te,ad hoc vt habeat locum actio de conſtituta,req-
ritur quod precedat debitum,quod eſt verum, quan-
1 do quis ſe ſoluturum conſtituit pacto nudo, ſed † ſi per ſtipulatio-
nem, tunc etiam ſi debitum in veritate non preceſſit,tenetur cū
effectu. Probatur Inſtit.de actio.§.de conſtituta. ⁊ ff.de verb.ob.
l.ſi diuor.quod tene menti,⁊c.

ALIA LECTVRA.

Si pro alieno. Pro debito alieno tenetur con-
ſtituēs,⁊ eius heres. Debes ſci-
re ad euidentiam, quod fundamentum iſtius actionis eſt,
2 quia regulariter † ex nudo pacto non oritur actio,ſed in hoc caſu
ſpeciali introductum eſt per pretorem, quando quis conſtituit ſe
ſoluturum,quod erat debitum a ſe vel ab alio, vt Inſti.de actio.§.
de conſtituta. Si enim per ſtipulationem promitteretur, haberet
locum certi condictio ex ſtipulatu.

AVTHENT.

a Si quando.[a] Hec eſt bona auth. ¶ Nota de di-
ctione aut,de qua facio magnum fe-
ſtum in materia de duob.reis.quod licet non dicatur quod
1 ſunt duo rei inſolidum,tamen ſi apponatur † dictio aut, duos reos
* conſtituit inſolidum,vt de hoc habes in l.ſi ex toto. * §.fin.de lega.
2 ¶ Not.ſecundo † quod imperſonalitas vitiat obligationem, quod
b intellige,quando imperſonalitas eſt ex parte promittentis,[b] ſecus
ſi eſt imperſonalitas ex parte ſtipulantis, vt l. ſtipulatio iſta.§.ſi
3 quis ita.ff.de verb.obliga. Item hoc verum,quando † imperſonali-
tas eſt in verbo obligatiuo,ſeu in verbo obligationis inductiuo,ſe-
cus ſi eſſet imperſonalitas in verbo obligationis executiuo,vt l.ſi.
§.fin.ff.ſi cert.pet.⁊ l.illa.§.j.ff.de verb.oblig.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ Si quando. Inquantum dicitur hic quod tertius
non obligatur,intellige etiam ſi diceretur quod ipſe extraneus pro-
miſit.dummodo ſint verba partis licet notarius faciat inſtrumen-
tum, vide Com.conſi.xl.inci.cuiuſdam filio.in verſi.ad ſecundum
CLAV.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN